



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

XXXVI. Markgraf Otto dotirt einen Altar in Nauen, am 1. Juni 1365.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54581)

**XXXVI.** Markgraf Otto dotirt einen Altar in Nauen, am 1. Juni 1365.

Noverint univerti tenorem presentium inspecturi, quod nos Otto, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie marchio etc. ob honorem et reverentiam omnipotentis dei, gloriose genitricis sue virginis Marie et omnium sanctorum nec non ob jugem et perhennem magnificorum principum, marchionum Brandenburgensium, predecessorum nostrorum pie recordationis, nostri, heredum et successorum nostrorum animarum memoriam sempiternam appropriavimus et presentibus appropriamus sex mansos sitos in villa Berghe et in districtu ejusdem ville cum curia et costatis eisdem adjacentibus, qui prius dominorum de Oftheren fuerunt, ad altare beatorum apostolorum Petri et Pauli situandum et fundandum in ecclesia parrochiali civitatis nostre in Nowen cum omnibus juribus, cum pacto, censu, precaria, absque omni servitio personali aut pecuniali, cum agris, pratis, pascuis, paludibus perpetuis temporibus justo proprietatis titulo pertinenda. Poterit etiam et debet altarista dicti altaris, qui pro tempore fuerit seu quicumque nomine ipsius predictam curiam inhabitavit, tenuit seu possedit, ovile seu gregem ovium in curia dictorum mansorum tenere et servare et in pascuis dicte ville pascere, prout alii villani ejusdem ville id facere et juxta quod revera ab olim hactenus possessores et domini et inhabitatores de jure consueverunt, renunciantes etiam pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni juri, actioni et impetitioni, quod vel que nobis in dictis mansis competit aut competere poterit aliquantulum in futurum. Debet etiam plebanus dicti loci in Nowen, qui pro tempore fuerit, adhibito tamen simplici altaristarum ibidem consensu, personam idoneam ad dictum altare, quotienscunque necessarium fuerit presentare. In cujus rei testimonium etc. presentibus nobili viro Henrico comite in Swartzborgh, advocato nostro in Spandowe, strennuisque viris Martino de Kuntzendorff, milite, curie nostre magistro, Henrico de Schulenborch, Nichelino de Ermeritorp et aliis pluribus fide dignis. Datum Nowen anno domini millesimo CCC. LX. quinto, in die penthecostes, et etiam plebano in Kyritz, notario nostro.

Nach dem Original des Brandenburger Domarchives.

**XXXVII.** Der Bischof Dietrich bestätigt die Dotirung eines Altars in Nauen, am 17. Mai 1366.

Ad perpetuam subscriptorum notitiam. Nos Thidericus, dei et apostolice sedis gratia episcopus Brandenburg. ecclesie, universis et singulis, presentibus et futuris, cupimus fore notum per presentes, quod illustris principis domini, domini Ottonis, marchionis Brandenburg. audivimus et de verbo ad verbum fideliter perspeximus literas suo sigillo autentico sigillatas, sanas et integras et omni prorsus suspicione carentes, in hec verba: Noverint etc. (Es folgt die Urk. vom J. 1365). Nos igitur Thydericus Brandenburg. episcopus predictus per amplius recognoscimus per idem scriptum, quod ad instantem requisitionem dominorum et altaristarum predictorum in Nowen de consensu eorum, quorum interesse potuit, predictum altare nos consecravimus in honore beatorum Petri et Pauli apostolorum predictorum et ipsum et literas domini Ottonis marchionis Brandenburg. predicti presentibus insertas predictas ratificavimus, approbavimus et confirmavimus nec non presentibus ratificamus, approbamus et in dei nomine confirmamus, volentes ipsum et eas in forma et in

Haupttheil I. Bd. VII.